

rum spiritualium rerum contemplatione excellentes: ac
 uerecuncti. Absq; eo quod intrinsecus latet. Magna quippe
 est gloria operis. sed longe incomparabilior eterne retributio-
 nis: que nec unquam tuleri potest. Capilli tui sicut grex cap-
 ram. Possunt in capillis populi fideles accipi: qui maximam
 decus sunt numerofitate ecclesie. Que ascenderunt de mon-
 te galaad. Galaad a certis testimoniis interpretatur, quod bene
 conuenit ad adunatam sanctorum multitudinem. Dentes tui
 sicut greges consoz. In capillis fragiliores, in dentibus uero
 perfectiores quique: et ad regentiam sanctam ecclesiam apti designantur.
 Que ascenderunt de lannaero. id est fonte sacri baptismatis, quod et
 conuersi et loci sunt. hoc est mundicia, et renuntiantes seculo. uice
 lannaero mundati. Omnis gemelli fetus, id est gemina caritate
 fecundati. Et steriles non est inter eos, id est non est, qui non agat
 fetus boni operis. Sicut uitta cocinea labia tua: et eloquium
 tuum dulce. Uitta cocinea, doctrina ueritatis intelligitur.
 labia sponse uiceo assimilantur: quod dominici sanguinis quo re-
 dempta est, preteritum predicare non cessat ecclesia. uel quod predicatio
 sancta caritatis ardore flammescit. Sic flagmen mali pu-
 nice ita gene tue: absq; eo quod intrinsecus latet. In genis ue-
 recundia, in malo punice passio christi exprimitur: habet
 enim ruborem in genis sponsa mali punice: cum sacramentum
 dominice crucis uerbis fateatur, et probat factis. Sic turris
 dauid collum tuum. Turris dauid ecclesia, collum predicatorum,
 quia et constantia in eadem ciuitate firma est, undique in ex-
 pugnabilis. Que edificata est, cum propugnaculis. Propugna-